



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XLIV Quod nulla sit post mortem vtilitas poenitentiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

mus, pœnalis sensus torquēt animas neç extorquēt,
puniūt corpora dānata nec finiūt. Quos ideo sibi de-
putatos signis inextinguibilis non extinguet, vt pma
nente sentiēdi vita pœna pmaneat, & ad dolendum
magis q̄ ad videndū ēternis corporibus compeditos
habeat, q̄s in flāmis viuacib⁹ immortalitas secundæ
mort⁹ occidat. Iam vermis eorū non moriet, & ignis
non extinguet, ad totā referūtur dānati hoīs pœnā,
quē inefficacis pœnitētiae ignis exurit, & cōsumentis
cōscientiā vermis immortalitas rodit.

**Quod nulla sit post mortem vtilitas pœ-
nitentiæ.** Caput XLIII.

DOnec enim sumus in hac vita fratres, quanta
cūq̄ nob̄ acciderint peccata, possibile est ab
lui oīa per pœnitentiā. Cū autē abducti fueri
mus ab hoc seculo, ibi etiā si valde pœnitetur (& valde
eīn pœnitebit) sed nulla erit vtilitas pœnitentiæ. Et li-
cet sit stridor dētium, licet v lulatus & fletus, licet fun-
damus preces & innumerā obsecrationes, & si pro-
clamemus, nemo audiet, nemo subueniet, sed ne ex-
tremo quidem digito aquā quis infundet linguæ no-
stræ posiræ in flammis, sed audiēmus illud, qd diues
Luc. 16^o ille audiuit ab Abrahā: Quia cahos magnum confir-
matū est inter nos & vos, & neq̄ hinc illuc trāsiri po-
test, neq̄ indehuc. Dum tēm in hac luce viuimus, veni-
am nos posse promereri per pœnitentiā sciamus, in
inferno tēm vt diximus pœnitentiæ medicamēta non
proderunt.

**Quæ & quāta mala habeant hi, qui in ge-
henna dicuntur occidi.** Cap. XLV.